Epistola 317. IOHANNI COCCEJO IOHANNES HENRICUS HEIDEGGERUS. 431

Epistola 316. IOHANNI COCCEJO IOHANNES MARTINUS. 430

Salutem à Domino Jesu.

Adm. Reverende ... Dñe Frater

Ep. ... ABRAHAMUS BIERMAN. 428

Admodum Reverende, Clarissime et Doctissime Vir, Fautor et Amice plurimum colende. Literas tuas die 26 Maji ad me scriptas Dn. Sebelius mihi rectissime exhibuit. Gratissimæ fuerunt ob divini verbi, quo plenum, quo scatent, nec non propter pias monelas, quibus abundant, et quarum summa huc redit, ut Deum in Scripturis loquentem audiamus, veritatem fundamentalem accipiamus, cum ea connectamus omnia, quæ recipimus, et ita sapientes et prudentes in Dño simus, et, cum sciamus, mendacium ex veritate non esse, quicquid recipimus et probamus, in bona conscientia accipiamus et probemus; cumque Deus in Scripturis loquens ad captum nostrum se dimiserit, ut à Doctore illo optimo quamplurimum discamus, et ejus verbis, à nostris conjecturis abstinentes, alii alios doceamus. Nisi mihi fungus est pro cerebro, mens R. V. est, ut nos vendamus sub authoritatem hominum, neo indulgeamus philosophiæ et rationi humanæ, sed volvamus atque revolvamus Scripturam, quæ nos potest reddere sapientes ad salutem; ne patiamur Libros V. & N. T. nobis extorqueri. Miror quando hæc perpendo, et cum illis, quæ à C. V. in lucem sunt edita, confero, inter eruditos nostros reperiri posse, quibus V. C. hæreticus sit. Probandum illis est: V. R. non tenere fundamentum Christianismi, hypotyposin sanorum verborum, analogiam fidei, indubitatos articulos fidei et indubitata præcepta legis, quæ non tantum habent abundantissima testimonia Scripturæ, sed etiam universalem consensum Ecclesiæ omnium locorum et temporum. Verum, quidam homines adeò sunt perversi, ut, quod malum est, appellent bonum, et, quod bonum, malum. Ita à plurimis hominibus ipsa vera et vera Christiana religio vocitatur hæresis et seductio. Alii propter dissensum tuum (V. C.) Te odio dignum judicant. Hi censores sunt iniqui. Non n. omnis dissensus amicitiam Christianam, cætera arctissimam, dissolvit, sed duntaxat ille, qui est in fundamentalibus. In notitia sacra sunt quidam articuli catholici, velut lineamenta communia, quorum si unus absit, non amplius Christianus homo ille, sed monstrum Christiani appellandus sit: sunt et sententiæ, quæ tam ...

Responsum Epistolæ ...

... Jovius Ditas.

... MDCLXIV. ... Ven. Nominis tui Devotiss. Cultor J. H. Heideggerus.

ad lineas quasi proprias certorum hoīum cœtuumve pertinent, secun-
dum quas pulchrior quidem homo hoīe esse possit, qui tn infidelis aut
hæreticus ō sit, quamdiu in catholicis concors, a monstrositate creden-
di alienus fuerit, ut de suo hoc mihi largiatur D. Conradus Bergius,
ὁ μακαρίτης. Dexteritas explicandi et applicandi dīam saluta-
rem ad corda et conscientias aliorum, in oībus, qui eâ pollent, ipsis
adversariis fatentibus, ō ē eadem. Hinc ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ
Θεοῦ διαφέρουν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται, hîc meridianâ clari-
rutilat et splendet, laudandiq; potius quam contemnendi sunt illi, qui
p[rae] cæteris illuminationis dono in intellectu gaudent, atq; docto ser-
mone, tanquam enarmonio cantu et plurimorum organorum concentu
ō tn veritatem, q oībus ē necessaria, et sine qua cognita atq; credita
salutem consequi potē nemo, illustrant, sed et alia in pagina sacra
quæ prorsus ignorata vel perperam intellecta saluti ō obsunt, rimando et scru-
tando sunt occupati, ut ipsi exerceantur aliosq; exerceant, et quotidie
in melius spirituale, quodam intelligendi acumine proficiant. Non pauci
inter Reformatos, Scholasticos, qui tot inanes, falsas, curiosas, auda-
ces & temerarias posuerunt controversias, usq; inhærentes Philosophi-
am et Aristotelem magis quam S. Scripturam sequuntur, eatenus tn comm-
dare solent, quatenus 1. ingenium et mentem acuunt. 2. usum ratio-
nis et philosophiæ in Theologicis etiam aliquem monstrant. 3. nodos et
difficultates sæpe explicant et solvunt. Dolendum sane, dilectissi-
mi fratris, qui suis deq; habitâ humanâ authoritate, divinam exto-
lit, hincq; nō ad umbratilem Scholasticorum Theologiam, sed ad sa-
rem, q reapse ē dīa de Deo rebusq; divinis, ad hoīum salutem, et De-
gloriam, in S. Dei verbo revelata, nos remittit, sortem apud multos
horum talium sorte pejorem esse. Quicquid sit, contradicant hi, contra-
dicant illi. Catholica et universalis mundi contradictio nihil debet p

Epistola 317. IOHANNI COCCEJO IOHANNES HENRICUS HEIDEGGERUS. 434

Epistola 316. IOHANNI COCCEJO IOHANNES MARTINUS. 430

Salutem à Domino Jesu.

429

dicare veritati à paucis receptæ. Quod restat, Deum toto animo veneror, ut sanctis V. C. laboribus ex alto benedicat. Vale et ex me salve.

Lutreæ, die 5. Augusti, secundum veterem chronologiam, anno æra Christiana 1664. f.

R. T. D.

omni studio et obsequio,

Abraham Bierman. f.

12 Aug.

C° frater

Martinus.

Responsum Epistolæ CXVI. inter priores editas.

MDCLXIV.

Ven. Nominis Tui

Devotiss. cultor

J. H. Heideggerus.

Viro Summo D. Johanni Coccejo h
tradant literæ.

Lugduni Batavor.

S. Dei verbo
... forte pejorem esse
... Catholica et universalis ...